

DE CONVERSIONE CONJUGATORUM. TITULUS XXXII.

* al. Ubergens. al. Helient. al. Vercell. I. ALEXANDER III. Urbergen. x. Episcopo. [c. an. 1180. Romā in Hungariam.]

Si vir de uxoris licentia proficitur, et uxor ipsa suspecta nec continentiam vovet, nec Religionem ingreditur; Episcopus uxori virum restituit. Hoc dicit iuxta litteram.

PATEREA? utrum Laicus uxoratus, qui presentibus Sacerdotibus & Monachis, ignorante Episcopo, de licentia & permissione uxoris Monasterium ingressus, professionem fecit, uxore in seculari habitu remanente, nec transiente ad Religionem, aut perpetuam continentiam vovente, ab Episcopo suo possit ad totum revocari uxoris, an illa compellenda sit continentiam observare? Dicimus quod nisi uxor ad Religionem transierit, aut perpetuam castitatem servare promiserit; vir potest & debet de Monasterio revocari.

[P. R. H. Urbergen.] Urbeng. Vibergens. Taxa Benefic. Völgens. Urbergens. Herford. Wilmiburgensis Episcopus in Hungaria. Hieron.

II. IDEM Salernitano 2 Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romā in Campaniam.]

Ante matrimonium consummatum potest alter conjugum, etiam altero invito, ad Religionem ingredi: sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.

V. ERUM post 2 consensum legitimum de presenti, licitum est alteri, altero etiam repugnantem, eligere Monasterium, sicut Sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt; dummodo carnalis commixtio non interveniat inter eos: & alteri remanenti (si communione continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire: quia cum non fuisset una caro simul effecti, fati potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.

[P. R. H. Salernitano.] Salernitano. Fazell. 471.

III. IDEM Pifano Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romā in Tuscaniam.]

Qui invitā uxore professionem fecit, et ei postea restituitur; non compellitur mortua uxore ad Monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.

Quidam intravit Monasterium invita uxore, qua ipsam repente, coactus est ad eandem redire; ea mortua, quis iterum cogatur reverti ad Monasterium, an aliam possit ducere in uxorem? Consultationi tuae taliter respondimus, quod votum non tenet; unde ratione voti ad Monasterium non tenetur redire; ulterius vero non potest uxorem accipere; promissum enim se non exigere debuit, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votum tenet, non redire autem non erat in eius, sed mulieris potestate: unde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulieris.

[Quia cum vir & uxor una caro sint, sicut docet Apostolus, non potest unus ad Deum converti, & alter in seculo remanere.]

IV. IDEM Exonen. 3 Episcopo. [c. an. 1180. Romā in Angliam.]

Uxoratus Religionem intrare non potest, nisi etiam uxor ingrediatur, vel nisi suspecta non sit, et continentiam promittat. Hoc dicit, & est unum ca. de principalioribus tit.

Uxoratus sine licentia uxoris inter vos nullatenus recipiatur, qua integra opinio existat, ita quod nulla suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare; vel quod minus continenter debeat vivere: quia si talis extiterit, marito ejus in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu Ecclesie continentiam professi, in domo propria cum filiis suis & familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, qua suspicione non caret, voto continentie celebrato, a secularium hominum conversatione removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum mulierem aliquam tonsuram, vel ad habitandum secum praesumat assumere.

VIII. IDEM Priori & Fratibus sancti Joannis. [c. an. 1180. Romae.]

Summa ut supra eod. cap. Cum sis.

Uxoratus sine licentia uxoris inter vos nullatenus recipiatur, qua integra opinio existat, ita quod nulla suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare; vel quod minus continenter debeat vivere: quia si talis extiterit, marito ejus in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu Ecclesie continentiam professi, in domo propria cum filiis suis & familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, qua suspicione non caret, voto continentie celebrato, a secularium hominum conversatione removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum mulierem aliquam tonsuram, vel ad habitandum secum praesumat assumere.

IX. URBANUS III. Priori sanctae Crucis. [c. an. 1186. Romā in Angliam.]

Conjugatus faciens professionem uxore consentiente, licet nunquam intravit Monasterium, si mortua conjugum, cum alia contrahat, non valet matrimonium, & Monasterium intrare compellitur.

EX parte m Abbas sancti Petri ad audientiam nostram pervenit, quod cum D. in infirmitate politus consentiente uxore votum vovens castitatis, Monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus, uxorem retinuit, & aliam ea defuncta sibi temere copulavit. Quia vero licet praedictus D. uxore sua remanente in seculo de jure ad Religionem nequivit proficisci, ea tamen sublatā de medio, votum sine salutis suae periculo non potuit violare: mandamus, quatenus si verum est quod asseritur, praedictum D. per excommunicationem

* al. Ubergens. al. Helient. al. Vercell. y. Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 5. c. 5.

2. Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. part. 5. c. 1.

3. Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. part. 5. c. 2.

4. Cor. 7.

b. Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. part. 5. cap. 2.

c. Cap. 24. eod. tit. in 1. Compil. Vid. Turrec. in c. dixit Dominus. c. con-jugio. 32. q. 1.

d. In omnibus antiquis, impetatur legitur: in recentioribus, iniquietur habetur.

nem compellas, ut muliere dimissa ad suum Monasterium revertatur, sub regulari habitu de cetero Domino serviturus.

n Celestinus.

X. CLEMENS III. [c. an. 1190. Romae.] Professus Religionem uxore sciente & dissimulante, ea mortua, ad seculum redire non potest. Hoc dicit secundum intellectum veriorum, & singularem in materia.

o. Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil.

CONsuluit nos O. G. Sacerdos, utrum vir ad Religionem transiens, & in ea per annum & amplius moram faciens, uxore sua, postquam ad domum transierat regularem, de presenti vita sublata, secularem habitum resumere valeat, & aliam ducere in uxorem, vel si ductam ei liceat retinere? Consultationi hujusmodi taliter respondemus, quod praedictus vir nec habitum potest abjicere, quem assumpsit, nec aliquam sibi matrimonio copulare. Quod si contraxerit, matrimonium ipsum decernimus dirimendum.

p. al. ita: in matrimonio copulare, al. ita: in matrimonio copulare.

XI. CELESTINUS III. [c. an. 1195. Romā in Scotiam.]

Conjux, quae continentiam vocat, tenetur reddere debitum conjugii, licet ad tempus voto consenserit.

q. Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. * Scotiz. al. Suaviz.

CHARISIMUS? [Et infra a.] Fraternitati vestrae mandamus, quatenus si inventeris uxorem Regis Sueviae graviter infirmam depresso, continentiam vovisse, & idem ejus ad tempus praebuisse consensum, maxime si non videm vir continentiam vocis perpetuam, eandem viro cohabitare facias, & utrumque invicem maritali affectione tractare.

IN Christo filius noster L. illustris Rex Sclavorum, Apostolatus nostro literis & Nuncio humiliter nunciavit, quod cum esset adolescens, & dilecta in Christo filia uxor ejus juvenula, matris fide & voto contrahendum legitimum matrimonium se adstringentes, invicem suum consensum, accedente voluntate parentum, artatorem donatione roboraverunt: postmodum vero bo. me. D. patre suo ab inimicis occiso, cum nimia bellorum atrocitate premeretur, & habito cum hostibus suis congressu, viduus jugatusque fuisset, quia timebat ne ipsa sponsa ab inimicis periret, & alia similis ei non inveniret in regione, quam sibi post matrimonium copulare, & de suorum & ejusdem sponsae parentum consilio factum est, quod in conventu sanctimonialium habitum monachicum, sine proposito perpetualliter retinendi, suscepit, & ibidem per aliquot annos moram fecit, ne quod injuria ab inimicis patretur; quoniam, cum pace rediit, & obvento de inimicis triumpho, solemniter duxisset cum grandi exultatione in uxorem, & ex ea filium & filiam suscepisset; inimicorum de communi assensu, & electione Principum terra sua, in regnum sibi instituit successorem: procedente vero tempore, praedicta uxor gravi infirmitate correpta, cum se de hac vita crederet decessuram, timore mortis intulit continentiam vocis: cui, cum Rex ipse nollet eam contrahitur, concessit ad tempus, nunc autem se continere non posse proponit, & quod licet posse fieri arbitratur, ad totum suae uxoris redire capit, & ad repraesentandis amulorum detractiones & obloquia, petiit a nobis ei dari in mandatis, ut uxorem suam auct. nostra maritali affectione pertraheret, non obstante voto continentiae incaute ab ea emissio, & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia supra his ad plenum non potuimus elucere veritatem, fr. o. decisionem horum Canonice duximus committendam, per Ap. J. m. q. super his inquiratis, diligentius veritatem; & si vobis constituerit, quod praedicta mulier primo fuerit inter Moniales recepta timore violentiae ac rapinae, & postquam se habuisse nubendi profitebatur, cum inter eas moram faceret, praesertim cum postmodum in facie Ecclesie publice Regi nupsisset, & usque ad hac tempora cohabitans, filios ex ea suscepit; eam denunciatis praefato Monasterio non teneri: non enim factum illud matrimonium potest contrarium dirimere: eisi forte post matrimonium contrahendum impedire. De secundo vero casu.

[Et infra a.] P. Ulpianensi Archiepiscopo.

XII. IDEM. [c. an. 1195. Romā in Galliam.]

Si alter conjugum altero ignorante Religionem proficitur, & propter hoc de Monasterio educitur, illo mortuo, ad Monasterium redire non cogitur.

1. Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil. Conc. Lat. Turrec. in c. servatum. 32. & late hic Henric. & Magit. sent. lib. 4. dist. 38. §. hic quatruntur.

PLacet nobis: [Et infra a.] Solicitudo tua nos consuluit, utrum mulier, quae credens mortuum maritum, habitum Religionis assumpsit, & eo reverso, de Monasterioeducta fuit; post obitum viri sit ad regularem observantiam compellenda? Super quo respondemus, quod licet votum ejus usquequaque non tenuerit, eatenus tamen voti obligatorum, quatenus se poterat obligare: promissum enim intrando Monasterium ut non excurrat carnis debitum, quod erat in potestate ipsius; redire vero ad seculum, in ejus potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam, tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desit, cum ad eum calum, & qui poterat efficaciter habere principium, pervenisse noscatur. Consultatus itaque ducimus, & ei congruentius ad salutem, ut ad Monasterium redeat, ubi bona ducta intentione, professionem fecit, & habitum Religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, ipsam invitam credimus non cogendam.

1. Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil. Conc. Lat. Turrec. in c. servatum. 32. & late hic Henric. & Magit. sent. lib. 4. dist. 38. §. hic quatruntur.

2. §. 3.

[Et tuam prudentiam commendamus, quod in casibus dubiis Se. Ap. consilium requiris, licet praedictus sis scientia literarum, ad matrem tuam Ecclesiam Romanam idcirco devotè recurris; ut habita super hoc quod dubita responsione, condignam quam in similibus formam servare debeas, evidenter cognoscas. per dil. si. G. Decanum Catalan.]

[P. R. H. Placet nobis, & infra.] V. C. addit: per dilectum filium W. Decanum Cathalaunensem.

XIII. INNOCENTIVS III. Pifano Archiepiscopo. [c. an. 1210. Romā in Tuscaniam.]

Summa ut supra eod. cap. Cum sis.

AD Apost. Sedem: Et infra. Cum autem vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem effecti, nec una pars converti possit ad Dominum, & altera in seculo remanere; profectio non est alter conjugum recipiendus ad observantiam regularem, nisi reliquis perpetuam continentiam reprobant; sed & vitam debet mutare, nisi forte sit ejus aetatis, ut sine suspitione incontinentiae valeat in seculo remanere.

XIV. IDEM Lugdunensi Archiepiscopo. [c. an. 1210. Romā in Galliam.]

Per Religionis professionem, non per propositum castitatis servanda in seculo, dissolvitur sponsalia de presenti.

EX parte tua est intimatum, quod cum quaedam mulier velum viduitatis coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemnem, cum celebratione Missae, ac Litaniam fecerat debuit, accedente; quidam Nobilis proponebat se prius mulierem ipsam, mediante Interfensione per verba de presenti artha etiam interposita deponeretur: [Et infra a.] Ad illa se in illum confensisse confessa, dixit, quod audiverat eum esse lepra percussum, & ob hoc ejus fuerit abominata complexus: [Et infra a.] Nos autem inquisitioni tuae taliter respondemus, quod etiam post non inconstitute videri, quod ex quo matrimonium inter legitimas personas, per verba de presenti contrahitur, illis viventibus in nullo casu possit dissolvi, ut vivente relicto, alter ad secunda vota transigret, etiam si unus fidelium, inter quos est ratum conjugium, fieret hereticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia Creatoris, nisi forte fecerit ex revelatione divina, quae superat omnem legem, sicut a quibusdam Sanctis legitur esse factum. Nos tamen nolentes a praedecessorum nostrorum vigiliis declinare, qui respondent consulti, antequam matrimonium sit per carnealem copulam consummatum, licere alteri conjugum, relicto inconsulto, ad Religionem transire; ita quod reliquus, extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consilium observandum in articulo pronotato, quamvis falsa sit causa, per quam ad suspensionem veli praedicta mulier est inducta, cum sine qualibet tali causa idipsum Religionis obitum facere potuisset. Porro licet praedicta mulier videatur in veli suspensione Religionis habitum assumpsisse; si tamen velit in domo propria remanere, quasi propositum castitatis in seculo servatura, nihilominus consummandum est matrimonium jam contractum, nisi te voto adstrinxerit ad observantiam regularem: in quo casu compelli potest, ut relicto seculo Religionis propositum exequatur.

[Ad auditu quod mulier ipsa velum assumpsisset, misit ad eam, ut deponitionem factam carnalis copula sequeretur. Tu vero, postquam fuit ad tuam audientiam res perlata, inibere curasti, ne ante discussionem negotii se carnaliter committerent. Postmodum autem ad mulierem ipsam in tua praesentia constituta, quaesivisti, utrum veli suspensio in illum, & quare ab illo quaereret separari.]

[Cum autem postmodum per testes idoneos tibi fuerit plenior facta fides, quod ante suspensionem veli, mutus intervenerat inter ipsos per verba de presenti consensus, Sedem duxisti Apostolicam consulendam, utrum veli suspensio impediat matrimonium inter ipsos.]

[Et infra a.] P. Ulpianensi Archiepiscopo.

XV. IDEM Rudinen. 6 Episcopo b. [c. an. 1210. Romā in Galliam.]

Maritus factus Monachus, a conjugate adulterata revocari non potest.

CONstitutus in praesentia nostra H. sua nobis confessione monstravit, quod in Acolythatis Ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie Ecclesiae duxit uxorem; quam cum carnaliter cognovisset, orta discordia inter eum, & amicos puellae, ipsa fuit cuidam alii V. nomine copulata: & tu memoratum H. usque ad gradum Sacerdotii ordinasti. Cum autem eum sua conscientia remorderet, habitum Ordinis Cisterciensis assumpsit: [Et infra a.] Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, praedictam mulierem, ut a dicto V. recedat, cui per adulterium est conjugata, nec praedictum Monachum impetat, quo minus regulare votum valeat adimplere, per cen. Eccle. cogere non omittas.

[Et tandem Abbati suo omnia revelavit, qui etiam communit diligenter ut super hoc saluti anime suae prospiceret.]

[P. R. H. Rudinen.] Rudinenf. Rudinenf. alias, Nectinenf. Maclouienf.

c. 2. tit. de regularib. in 111. Compil. Vide Turrec. in c. sunt qui dicunt. 27. q. 2. & Ancharan. in c. tua nos, de jurayurando. Ludan.

x. Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. Demateria videquos citavi supr. eo. c. coram. §. c. ex publico.

7. Vide l. cum nossum. C. de prescri. xxx. ann. in rub. §. qui ma. ac.

8. mizar. 1. Quia per haereticum non dissolvitur matrimonium, vid. Conc. Trid. sess. 24. tit. de sac. matrimo. c. 5.

o. Cap. 24. eod. tit. in 111. Compil. Vid. Turrec. in c. dixit Dominus. c. con-jugio. 32. q. 1.

d. In omnibus antiquis, impetatur legitur: in recentioribus, iniquietur habetur.